Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35430
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

salomę emerunt aromata. ut uenientes ungerent ihm.
Et ualde mane una sabbatorum uenunt ad monumentũ.
orto iam sole. Et dicebant ad invicem. Quis revoluet no
bis lapidem ab hostio monumenti. Et respicientes. vi
derunt revolutum lapidem. erat quippe magnus val
de. Et introeuntes in monumentũ. viderunt iuue
nem sedentem in dextris. coopertum stola candida.
et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Je
sum queritis nazarenum. crucifixum. Surrexit. ñ ē
hic. ecce locus. ubi posuerunt eum. Sed ite dicite di
scipulis eius et petro. quia precedet uos in galileam. I
bi eum uidebitis sicut dixi uobis. De Ascensione
Primum quidem sermonem dñi. I. Act. aplor.
feci de omnibus o theophile. quę cepit ihc facere
et docere usq; in diem qua precipiens aplis p spm scm
quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipm vi
uum post passionem suã in multis argumentis p dies
quadraginta apparens eis. et loquens de regno dei. Et
conuescens precepit eis ab ierosolimis ne discederent. sed
expectarent promissionem patris. quam audistis inquit
per me. quia iohannes baptizauit aqua. uos autẽ
baptizabimini spiritu scto. non post multos hos dies. igit
qui conuenerant. interrogabant eum dicentes. Dñe.
si in tempore hoc restituis regnũ israel. Dixit autẽ eis.